DECLARATIO

Regulæ de publicandis resignationibus.





Anctissimus in Christo Pater & dominus noster dominus Paulus Diuina prouidentia Papa III. qui alias postquam in crastinum assumptionis suae per quandam in Cancellaria apostolica publicatam statuerat & ordinauerat. Quod quaecunque beneficia ecclesiastica siue in Romana curia siue extra eam resignata nisi de illis factae resignationes si in eadem curia infra sex menses si vero extra dictam curiam factae essent infra mensem extunc vbi dicta beneficia existebant publicatae forent vel possessio illorum ab eis quos id contingeret petita esset si resignantes illa postmodum in eorundem resignatorum beneficiorum possessione decessissent nō per resignationem sed per obitum huiusmodi vacare cen-

ferentur. Collationes quoq; & quæ/
uis aliæ dispositiones de illis tanquã
per resignationem vacantibus factæ
& inde secura nullius essent roboris
vel momenti per aliam decima quar
ta mensis Augusti Pontificatus sui
anno sexto. In eadem cancellaria pu/
blicatam constitutiones suas declara
uit de cætero semestre ac mẽsem ad
resignationes publicandas per primo
dictam constitutionem statutum a
die datæ supplicationis & non a die
præstiti consensus currere & compu
tari debere. Et cui innotuit nonnul/
los plusquam oportet sapere satagẽ
tes asserere dictas constitutiones in
resignationibus super quibus consen
sus post obitum resignantium præ/
stantur aut in quibus nomina tituli
& denominatiões ac possessio & fru/
ctus beneficiorum resignatorum aut

aliqua alia illa reſignantibus per ſan
ctitatem ſuam reſeruantur locum nõ
habere volens dubitationem huiuſ/
modi elucidare illãq; et lites litiũq;
occaſiones quæ exinde exoriri poſ/
ſent ſubmouere penitus & amputare
voluit & decreuit & ita mentis & in/
tentionis ſuæ eſſe declarauit prædi/
ctas conſtitutiones de cætero etiam
in reſignationibus ſeu ſupplicationi/
bus Reſignationnm aut ceſſionũ ſu/
per quibus conſenſus nunquam vi/
uentibus reſignantibus vel cedenti/
bus ſed poſt obitum eorum duntaxat
præſtitus fuit & præſtabitur ſeu in
quibus nomina tituli & denominatio
nes ac poſſeſſio & fructus beneficio/
rum reſignatorum aut ceſſorum vel
quæuis alia illa reſignantibus per Sã/
ctitatem ſuam reſeruata fuerunt & re
ſeruabuntur locum habere ac etiam

In illis semestre & mensem huiusmodi a die datę publicationis & non a die præstiti consensus currere & computari debere. Sicq; per quoscunq; iudices & commissarios quauis auctoritate fungeñ. etiam causarum Palatii Apostolici auditores in quibusuis causis & negociis futuris in quauis instantia tam in Romañ. curia quam extra eam vbiq; locorum sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi & iudicandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere. ac si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane.

Placet, publicetur, & describatur A.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta
Regula Romæ in Cancellaria Apo/
ſtolica, Anno incarnationis Domini/
cæ. Milleſimo quingẽteſimo quadra
geſimo ſeptimo. Die vero Sabbati.
x. menſis Martii. Pontificatus præfati
Sanctiſſimi noſtri Domini Pauli di/
uina prouidentia Papæ Tertii. Anno
Quartodecimo.

Ant. Lomellinus Cuſtos.